

CAPUT XVI.

ANADIPLOSIS

† est, cum similis sonus repetitur in fine præcedentis & initio sequentis sententiæ. Latine dicitur Reduplicatio, ut:

† Psalm. 145. v. 18. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.*

Virg. Eccl. ult. *Pierides vos facietis maxima Gallo:*

Gallo, *cujus amor tantum mihi crescit in horas.*

(Anadiplosis dicitur ab Ἀναδιπλώω, quod reduplico significat: unde Latine Ἀναδιπλωσις reduplicatio dicitur. Quia reduplicatur quasi sonus ultimus in dictione præcedenti, & primus in sequenti.

Differt Anadiplosis a Climace. In Anadiplosi idem sonus, qui fuit in præcedentis sententiæ fine, semel tantum repetitur in principio sequentis sententiæ: In Climace vero non semel, sed pluries.

† Anadiplosis Poëtis potissimum & Oratoribus usitata: illis autem sæpius, his rarius.

Exempla alia.

† Psal. 77. v. 17. *Viderunt te aquæ, Deus. Viderunt te aquæ & vimuerunt.*

† Psal. 113. v. 8. *Ubi collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.*

† Psal. 122. v. 1. *Stabunt pedes nostri in atriis tuis Jerusalem, Jerusalem, quæ ædificatur, ut sit civitas, in qua conveniendum est.*

† Rom. 8. v. 17. *Quod si filii sumus, ergo & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*

† Rom. 9. v. 30. *Gentes apprehenderunt justitiam, justitiam autem eam, quæ est ex fide.*

† Phil. 2. v. 8. *Factus Christus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis.*

August

LIB
U>
August. in Psal.
riam. Sedulus est
peregrinatus, tota

Eclog. 6. Ad
Egle Na

Eclog. 8. Crude

Imperibus

Eclog. 9. Ecce D

Astrum,

I. Georg. —

Arctos, O

Æneid. 6. Despo

Ora man

Æneid. 10. Cui

Uni, ad

Terent. And.

di. P. cordi?

Cic. pro Roscio

tanti optere defen

prum non audent.

Id. ead. Orat.

scis objecti? Pat

Quam ob causam

Cic. lib. 4. ad

sire proditor pat

in horam conspe

Catilin. Hic a

tum venit. Item

audent. rivas &

Propert. l. 2.

August. in Psal. 85. *Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Si amara peregrinatio, tota die tribulatio.*

Eclog. 6. *Addit se sociam timidisque supervenit Ægle, Ægle Najadum pulcherrima.*

Eclog. 8. *Crudelis mater magis, an puer improbus ille? Improbus ille puer.*

Eclog. 9. *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. Astrum, quo segetes gauderent frugibus &c.*

I. Georg. — *In morem fluminis Arctos, Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.*

Æneid. 6. *Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas.*

Æneid. 10. *Concurrunt Tyrrhenæ acies: atque omnibus uni, Uni, odiisque viro telisque frequentibus instant.*

Terent. And. Act. 2. Scen. I. *Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi?*

Cic. pro Rosc. Amer. *Injuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent.*

Id. ead. Orat. *Quæ res igitur tantum istum furorem S. Roscio objecit? Patri, inquit, non placebat: Patri non placebat? Quam ob causam? &c.*

Cic. lib. 4. ad Heren. *Nunc audes in horum conspectum venire proditor patriæ: Proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conspectum.*

Catilin. *Hic tamen vivit: vivit? Imo vero etiam in Senatum venit. Item: Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives & vives ita, ut nunc vivis.*

Propert. l. 2. Eleg. 19.

*Tu mea compones & dices ossa Propert. l.
Hæc tua sunt eheu, tu mihi certus eras.
Certus eras eheu, quamvis nec sanguine aristo
Nobilis, & quamvis non ita dives et as.*